Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



custodiens pactum et misericordiam diligen-
tibus te et custodientibus mandata tua.
Peccauimus. iniquitatem fecimus.
impie gessimus et recessimus. et decli-
nauimus a mandatis tuis. ac iudi-
ciis. non obediuimus. sanctis tuis. prophe-
tis. qui locuti sunt in nomine tuo. regibus
nostris. principibus tuis. patribus nostris. om-
ni populo terre. tibi domine iustitia. no-
bis autem confusio faciei. sicut est hodie
uiro iuda. habitatoribus hierusalem. omni
israel. hiis qui prope sunt et hiis qui ab-
sunt in uniuersis terris. ad quas eieci-
sti eos. propter iniquitates eorum quibus
peccauerunt in te domine. nobis confusio
faciei. regibus nostris. principibus nostris.
patribus nostris. qui peccauerunt coram
domino deo nostro. propitiatio et miseri-
cordia recessimus a te. et non audiuimus
uocem domini dei nostri. ut ambula-
remus in legibus eius quas posuit
nobis per seruos suos prophetas. omnis
israel prauaricati sunt legem tuam.
et declinauerunt ne audirent uocem tu-
am. et effluxerunt super nos maledictio
et detestatio que scripta sunt in libro
moysi serui dei. quia peccauimus ei.
Et statuit sermones suos quos locutus
est super nos. et super principes nostros qui
iudicauerunt nos. ut superinduceret
in nos malum magnum quale non factum
est sub celo omni. secundum quod factum est
in hierusalem. sicut scriptum est in lege mo-
ysi. Omne malum hoc uenit super nos.
et non rogauimus faciem tuam domine de-
us noster. ut reuertemur ab iniquitatibus
nostris. et cogitaremus ueritatem tuam.
et uigilauit dominus super malitia.
et adduxit eam super nos. Iustus do-
minus deus noster in omnibus operibus suis que
fecit. non enim audiuimus uocem eius.
Et nunc domine deus noster qui eduxisti
populum tuum de terra egypti in manu fort.
et fecisti tibi nomen sicut die hanc.
Peccauimus. iniquitatem fecimus.
domine iuxta omnem iustitiam tua-
Auertatur obsecro ira tua et furor tu-
us a ciuitate tua hierusalem. et monte sa-
cto. Quia per peccata eius nostra. et iniqui-
tates patrum nostrorum hierusalem et populus tuus
in opprobrium sunt omnibus circum-
quaque nostris. Nunc ergo audi domine deus nostri
exaudi orationem serui tui. et preces eius.
et ostende faciem tuam super sanctuarium
tuum. quod desertum est. propter semetipsum.
inclina deus meus aurem tuam. et
audi. aperi oculos tuos. et uide desolatio-
nem nostram. et ciuitatem super quam
inuocatum est nomen tuum. Neque enim
in iustificationibus nostris. plorantes ante
faciem tuam. sed in miserationibus
tuis multis. Exaudi domine. pla-
care domine. attende et fac ne more-
ris. propter semetipsum deus noster. quia
nomen tuum inuocatum est super ci-
uitatem et super populum tuum. Cum ad-
huc loquerer et orarem. et fterer pro
peccato meo. et peccata populi mei israel. et ef-
ferrem preces meas in conspectu dei mei.
pro monte sancto dei mei. adhuc me loquen-
te in oratione. ecce uir gabriel quem ui-
deram in uisione a principio. cito uo-
lans tetigit me. in tempore sacrificii uespe-
rtini. et docuit me. et locutus est mecum.
Dixitque. Daniel. nunc egressus sum
ut docerem te. et intelligeres. ab exordio
primum mandatum egressus est sermo. Ego autem
uenio ut indicarem tibi. quia uir
desideriorum es. Tu autem animaduerte sermo-
nem. et intelligite uisionem. Septu-
ebdomades abreuiate sunt super populum
tuum. et super urbem sanctam tuam. ut consu-
mentur prauaricatio. et finem accipiat
peccatum. et deleatur iniquitas. et